LECTOR BENEVOLE, SALVE!

IN Conſcribendis his Oratoriæ Inſtitutionibus, qvalenam conſilii propoſitum habuerim, ſub primam earundem editionem jam olim præmonui. Repeto id ſaltem paucisſimis. Invenies hîc Methodicam duntaxat conſcribendarum orationum introductionem, id qvod Titulus pollicetur, non abſolutum & omnibus modis perfectum artificii hujus opus. Sicut enim in ſcriptis meis aliis, Scholaſticæ juventutis profectum præcipuè reſpexi: ita & in hac introductione eorundem me accommodare captui imprimis volui. Qværes fecit, ut generalia duntaxat præcepta, de partibus Orationis Oratoriæ, de diſtinctis item cauſarum

gene-